



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam  
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super  
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

Amor sine quæstu.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

## CONSIDERATIO

XXVIII.

AMOR DEI.

*Amor sine quæstu.*

Decima & ultima, *servire illi, nihil cogitando de premio, aut mercede.* Amor non aspicit præmium, quia ipse Amor est præmium, neque aliud desiderat extra se. *Amar, quia amat, & aliud curat.* Amar, quia amat, non ex timore: amat, quia amat, non ex aliqua spe. *Amo amorem, amo amare, & amari.* Neque aliud volo, quam purum amorem, sanctum, divinum amorem, amorem sine mercede. Quia ipse est sibi præmium, ipse finis, ipse merces, ipse in se continet omne bonum, quia est Amor summus.

Amor sine quæstu, qui totus ipse es quæstus! *Amar, qui nihil habes proprium, & es totus proprius! Amar, qui non spectas teipsum, & amantem teipso facis.* Ah mi Jezu unice, pure & summe amor animarum! Torum est verum. Invenit se in te, inveniendū invenit se: amando te, amat se: & quanto purius desiderat, tanto beatior te facit.

Sancti mundi, qui tantopere amatis vos ipsos, vel, ut melius dicam, desideratis amare vos, sed non amatis vos. Vetus amor vestri ipsorum est amor Dei. Amate Deum, & amabitis vos ipsos in Deo: Amate Deum, & eritis beati in Deo, felices in Deo, pleni infinito gaudio in Deo, & in ipsa æternitate Dei.



CON